



**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv  
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebvs Divinis**

**Ricci, Bartolomeo**

**Mogvntiæ, 1605**

4 De modo discernendi bonas cogitationes à malis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](#)

gerere poterit desolatōne deinceps occurrente,  
vt iam inde acrimoniam & grobū animi ma-  
ture comparet ad imperium eius reprimēdum.  
Quia in re exemplo sunt homines huius se-  
culi, qui tempore pacis comparant se ad  
bellum: imo formicæ quæ æstate prospici-  
unt cibum hibernum. *Vade ad formicam* o  
piger, ait sapiēs, & considera vias eius, & disce Proverbiū.  
sapientiam: quacum non habeat ducem, nec  
præceptorem, nec Principem, parat in aestate ci-  
bum sibi, & congregat in messe quod comedat.

Quartum est, non existimare omnes in-  
stinctus, quibus mox post consolationem  
tangimur esse à Deo sine prævia causa na-  
turali. Possumus enim oriri ab habitu, vel dis-  
cursu proprio, iudicio naturali adiutor.  
Fieri etiam potest ut sint ab angelo bono  
vel malo. Cum ergo certum non sit eas im-  
mediatè esse à Deo, *Solerti indigent discus-  
sione*, ait idem Pater, priusquam recipiant af-  
fensem, vel in opus veniant.

De modo discernendi bonas consolationes  
à malis.

C A P. IV.

QVAMVIS verum sit, ut docent sancti,  
difficillimū esse definire, de particuliari  
Hh 2 aliqua

aliqua consolatione, sive bona a mala,  
nec fieri possit, ut ait S. Bernardus, nisi ab eo  
qui dono Discretione Spirituum praeditus  
est, tamen iidem nonnullas regulas com-  
munes tradiderunt de modo eas discernen-  
di. Describam, quas B. P. N. Ignatius in li-  
bro Exerc. spirit. reliquit. Prima sit hæc. St-  
luna est Dei animam nulla precedente conso-  
lationis causa consolari: cum si hoc preprimum  
creatoris suam ingredi creaturam, & illum in  
amorem sui rotam conuertere, trahere, & mu-  
tare Causam vero precedere nullam tunc di-  
cimmo, quando nec sensibus, nec intellectu, nec  
voluntati nostra quicquam obiectum est, quod  
eiusmodi consolacionem causare ex se possit.

SECUNDA est, quod quoties processit con-  
solationis causa, auctor eius posset existere, tam  
malus angelus, quam bonus. Exempli gratia.  
si post audit a noua valde iucunda & grata,  
quis vacet orationi, & magna dulcedine in  
animo afficiatur. An enim dulcedo illa spi-  
ritualis à bono angelo profecta sit, coniice-  
re poteris ex effectu, si dulcedo illa iuuen-  
te ad meditationem rectius perficiendam,  
vel opus bonum exequendum: nam si securus  
sit, à malo erit profecta. Bonus enim angelus  
inquit Pater, huic habet finem, ut anima in  
boni cognitionem, & operationem magis pro-  
ficiat:

ficiat malis autē, si male agat illa, et pereat.

TERTIA est hæc. Sedulo, et accurate excutiende sunt cogitationes nostra circa principium, medium et finem suum: quae tria se recte se habeant, angelis boni argumentum est cogitationes illas suggestoris, si assentem per discursum mensis aliquid offertur vel sequitur, quod ex se malum sit, vel auocet a bono, vel ad minus bonum impellat, quam anima prius querendo sequi decreuisset, vel animam ipsam defatiget, angat, vel perturbet, sublatas que prius aderat, quiete, pace et tranquillitate, emidens tunc erit iudicium auctorem esse cogitationis huinsmodi spiritum malignum, ut pote utilitatibus salutis nostra semper aduersantem.

QUARTA est, Spiritui aurem bono proprium consuetumq; est rectè agentibus animum ac vires addere, consolari, lachrymas ciere devotionis, illustrare mentem, tranquillitatem dare sublatis omnibus impedimentis, et expeditius alacriusq; per opera bona semper ultra tendat. Ratio huius est, quia diuina sua maiestas ideo delectationem apposuit rebus, et ea illecti homines ad operandum inducerentur. Vnde quando homo conquiescit in ipsa consolatione ex mediis facit finem, diuinæ prouidentiæ ordinem peruertendo:

Hū s quod

486 INSTRVCT. DE MODO  
quod data opera angelus non bonus, sed  
malus procurat.

*De Lachrymis spiritualibus.*

C A P. V.

**V**T in tua deuotione non decipiari, ne-  
cessit est probè distinguas naturales la-  
chrymas à spiritualibus; & ex spiritualibus  
bonas à malis Naturales voco, quæ oriun-  
tur ex causa naturali, ut ex obitu parentum,  
iactura fortunarum, &c. Ad has lachrymas  
prompti sunt, quibus humidum est cere-  
brum, ut mulieres, pueri, corpulenti, & pi-  
tuitosi. Secundo, qui in potu vel cibo exce-  
dunt, cum enim in illis multi vapores ascé-  
dant in caput, frigefacti inde instar pluiae  
in oculos delabuntur. Tertio, homines e-  
feminati, eo q[uod] ex quo quis corporis dolo-  
re, vel animi mœrore dissfluant in lacrymas.  
Quarto, melancholici. Atque ideo omnes  
hi si in meditatione multis lacrymis per-  
fundantur, non statim debent credere eas  
prouenire ex singulari deuotione sua, sed  
potius metuere, ne tantum ex accidentalí  
corporis affectione sint profectæ.

**SPIRITUALES** verò lachrymas appel-  
lo quæ proueniunt à spiritu qui si bonus  
sit, dicuntur bonæ, si malus, malæ. Quæ  
à Spiri-